Hic non incongruum videtur nonnulla etiam de circulo apponere: et quidem primum qd sit pfectus et absolutus circulus: Eum a. Hornej. Log. l. 5. q. 8. p. 520. ita describit: pfect. et absolut. circ. est, cum conclusio probatur ex certis præmissis, et utraq illar. præmissar. rursus ex illa conclusione, quod fit tribus integris syllogismis sicut Conimbric. notant, et de eo præcipue contra veteres disputat Arist. 1 Post. c. 3. Deinde observand: circulum alium dici material. alium formalem; et materialem quidem, quum propositiões illæ quæ nunc conclusio, nunc præmissæ in argumento fiunt, unæ eædemq sūt, nude tm. et in se spectatæ, seu prout menti solum objiciuntur, et ab ea apprehenduntur; formal. vero, quum unæ et eædem sūt, etiam prout judicio et assensui nostro substant seu à nobis cognoscuntur. Deniq notetur, circulum dividi in circ. simpliciter dictum, et secundum qd: Simpliciter dictus est, cum præmissæ ex conclusiõe probantur, ut ea præcise ex ipsis illis præmissis ante cognita fuit: Secund: qd, quum præmissæ probantur ex conclusiõe, non ut ea ex illis, sed aliunde innotuit. His præmissis, dubium n̄ est, material. circulum in demonstratiõe aut probatiõe dari posse, ut docent Conimbric. facile n. contingit, terminos præmissar. cū terminis conclusionis ita reciprocari, ut tam præmissæ ex conclusiõe, quam conclusio ex præmissis ostendi possit, ita non tm. recte argumenteris h. m. O. aīal rationale, est discursivū, O. hōo ē aīal rationale, E. O. hōo est discursivus: Sed et vice versa: O. hōo ē discursivg, O. aīal rat. ē homo E. O. aīal rational. ē discursivum. it. sic: O. discursiv. est aīal ratiōal. O hōē ē discursivg E. O. hōo est aīal ratiōale. Et cū ē, non minus n. conclus. illa primi syllog. O. hōo ē discursivg, ex illis præmissis confiā potest, quam vicissim utraq illius syllog. propositio ex ista conclusiõe, ut fit in duob. posterioribus syllogismis. Sed materialis tm. circulatio est, non n. unum ex altero probatur, prout assensui substant, seu unum altero revera notius est, sed prout nude tm. eæd. propositiões sūt, quæ nunc præmissæ, nunc conclus. fiunt, et nunc ut notiores nunc ut ignotiores sumuntur. vid. plur. pro et contra accur. dicta. l. c.


© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg